Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31270
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



deleantur de libro uiuentium & cum iustis non
scribantur. ℟ Nescienti matre uirgo uirum
peperit sine dolore saluatorem seculorum ipsum
regem angelorum sola uirgo lactabat ubere de
celo pleno. ℣ Beata dei genitrix maria. Sola
Illo tempore. Pastores lo Sedm lucam.
quebant ad inuicem. Transeamus usq; bethlem
& uideamus uerbum quod factum est quod dnus ostendit
nobis. Et reliqua. Sermo. b. ambrosii epi
Dum ostendit nobis quod etiam pastores in
illa faciebant regione uigilare. custodi
entes uigilias noctis super gregem suum. Videte
ecclesiae surgentis exordium. Xpc nascitur & ambrosii
pastores uigilare ceperunt qui gentium gre
ges pecudum modo ante uuientes in aula
dni congregarent. neq; uos bestiarum spiritalium
noctium tenebras paterentur incursus.
Et bene pastores uigilant. quos bonus pastor
informat. ℟ Confirmatum est coniugium in
quo diuina mysteria angelo narrante concepit
& formatum filius hominum castus concepit uiscera
uirginis & benedicta in eternum deum nobis peperit
& hominem. ℣ Domus pudici pectoris templum
repente fit dei intacta nesciens uirum. Deum.
In principio erat uerbum Sedm Iohannem
& uerbum erat apud deum. Omnia per ipsum facta
sunt. & sine ipso factum est nichil. aug. epi
Intuentes quomodo auditum ex lectione
aplica quod animalis homo non percipit ea
que sunt spiritus dei & cogitantes in hac presente